

3938 cippus Ereti in vinea Tarquinii Pianezza [cf. ad n. 3935] SVAR., Monte Rotondo *nella vigna Amicis vicina ai Capuccini* MAR.; in vinea Cristaldi GVATT. NIBBY; *addossato al casino già del card. Cristaldi, poi Vitelli, ora de' padri crociferi de' santi Vincenzo ed Anastasio di Roma* GORI. Eodem loco hodie quoque extat.

D · M
IVLIAE · FORTVNA
TAE · M · IVLIVS
MARTIALIS · FILIAE
5 DVL CISSIMAE
QVAE · VIX · ANN · VII
MENS · III
FECIT

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 316; Anonymus apud Marinium Vat. 9127 f. 251; Sperandio *Sabina* p. 421; Guattani *mon. Sabini* 2 p. 353; Nibby *analisi* 2 p. 363; F. Gori *giornale arc.* vol. 174 (1862) p. 285 [*dal Ponte Salarario di Roma a Fidene* p. 63].

Auctores consentiunt, nisi quod I D·M omittit Sperandio, idem et Guattani et Nibby versus continuant.

3939 cippus Monterotondo, ibi ubi n. 3938.

D · M ·
POMPONIAE
APHRODISIAE
TI · CLAVDIVS
5 ATIMETVS
CONIVGI BENE
MERENTI

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 316; Guattani *monum. Sabini* II p. 354; Nibby *analisi* 2 p. 364; F. Gori *Giornale arc.* vol. 174 p. 286 [*dal Ponte Salarario di Roma a Fidene* p. 64.]

Vv. aliter dividunt Guatt. et Nibby. — 5 ATIMITVS Guatt.

3940 tabula marmorea fracta. Ereti in Sabinis nunc Monte Rotondo oppido Barberinorum in eccl(esia) primaria S. M. Magdalenae, illuc advecta aliquot abhinc annis ex vetere aede S. Columbae quae tribus mil. distat DONI.

7 QVOCVMQVE EX VRBE SEPVL CRVM
AST TV QVOQVE FLENDVS ERIS
IX DVM LIMINA · VITAE
PERTVLIT ANTE MORI
5 MAEVO FLORE SVB VMBRAS
O MIHI VITA FVIT
10 NCTIS BONVS INDOLE DIGNVS
NI RENOBASSIT ABOS
VS TOT PRAEMIA LAVDVM
MIHI FLENDVS ERIS
10 HAEC PIA MVNERA MATER
NATE QVIES

Donius ms. Neap. p. 264, 1, ed. 10, 77 (inde Mur. 1235, 2) qui vidit et descripsit. Burmann anth. Lat. 4, 273.

I hasta ante QVO, quae ex qua littera supersit incertum est, omissa est in ed. — 3 in. vs (pro IX), 8 NOBASSIT in lacuna omittit editio; scr. RENOBASSET; avos renovavisset adulescens, cui hoc epitaphium positum est, nempe si diutius vixisset. — 11 in. IEC est in ms., sed secundam litteram videtur voluisse qui scripsit facere E; HAEC editio.

XXXVI. NONENTVM (La Mentana). Tribu Horatia?

A porta urbis Romae Collina duae viae principium habebant, altera antiquissima quae recta in Sabinos ferebat dicta Salaria, altera illa puto recentior quae imperatorum certe aetate dicebatur Nomentana (nam olim ei nomen fuerat Ficolensis, cf. p. 447) a Nomento oppido sito in ea ipsa via, teste tabula Peutingerana, in qua adscriptum est *via Numentana*, XIV mill. passuum a Roma¹⁾. Et via Nomentana vetus nomen retinet, et extat in ea XIV fere millibus passuum a loco ubi fuit porta Collina urbis Romae vicus dictus *La Mentana*, quod nomen aperte ortum est ex vetere nomine Nomenti. Accedit quod Mentanae repertae sunt inscriptiones n. 3955 et 3956 magistratum et sacerdotum municipii Nomentanorum. Haec de loco ubi fuit Nomentum; nunc videamus quae de ipso oppido tradita sint. Principia Nomenti coniuncta esse voluit cum principiis oppidorum vicinorum Crustumarii et Fidenarum ita, ut statueret, haec tria oppida eodem tempore esse condita a tribus fratribus, auctor ignotus is a quo pendet Dionysius 2, 53. Similiter ut de Fidenis et de Ficulea (cf. p. 447), ita et de Nomentanis apud ipsos Romanos videtur esse dubitatum, utrum origine Latini essent an Sabini; sed et magis constans et, si quid video, vero propior fuit ea opinio quae Nomentum adtribuebat priscis Latinis. Nam non solum et Nomentum et Fidenas inter colonias ab Albanis regibus deductas enumerat Vergilius Aen. 6, 773, Nomentum inter oppida *de Priscis Latinis aut qui [fortasse quae] ad Latinos defecerant* a Tarquinio Prisco Romanorum rege capta Livius 4, 38, Nomentanos inter populos Latinos qui anno 256 Romanis bellum indixerunt Dionysius 5, 61 (de Fidenis cf. praeterea

p. 453), sed etiam eo bello quod postremum fuit inter Latium et Romam et cui Sabinos se immiscuisse nemo umquam tradidit, Nomentani, quamquam in ipsis proeliis non memorantur tamen una cum reliquis Latinis contra Romanos steterunt, si quidem statim post bellum finitum eadem poena affecti sunt qua Latini populi propius urbem Romam habitantes, nempe in civitatem recepti sine iure suffragii, plane eodem modo quo Aricini Lanuvini Pedani (Liv. 8, 14, 3). Sed fuit opinio et ipsa sine dubio antiqua quae terminum Latii antiquissimi ab hac parte statuebat Anienem, unde non solum Plinius h. n. 3, 54 scribit Latium a tergo includi Aniene, sed etiam Vergilius Aeneidos septimo (v. 712), oblitus eorum quae scripserat libro sexto (cf. supra), enumeravit Nomentum inter Sabinos²⁾. Ex eadem opinionum discrepantia potest explicari quod Plinius in chorographia Italiae ut Fidenates et Ficuleates, ita Nomentanos quoque bis recensuit, et in regione prima Italiae una cum reliquis Latinis (Plin. 3, 64) et in regione quarta inter Sabinos (3, 107). Ceterum non primae sed quartae regionis fuisse hos populos testatur liber coloniarum formae deterioris recensens Nomentum (*Numentum* p. 257 L.) Fidenas (cf. infra p. 453) Ficuleam (cf. infra p. 447) inter civitates eius provinciae quae postea quartam regionem Augusti complectebatur, Piceni (sc. Piceni et Flaminiae). — Certa de fatiis Nomenti perpauca scimus. Cives Romanos factos esse Nomentanos anno 416 iam supra ex Livio rettulimus. Tribui fortasse postea eidem adscripti erant cui Aricini, nempe Horatiae, quae sola in inscriptionibus Nomentanis hodie notis plus semel reperitur

1) Praeterea in tabula Peutingerana adnotatum est diverticulum Nomento ducens Tibur, ubi tamen numerus adscriptus millium pass. VIII vero longe minor est.

2) Strabo 5 p. 228 cum ait Sabinos στενήν habitare χώραν, διήκουσαν ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως καὶ Νωμέντου πολίτην μέχρις Οὐηστίνων, non liquet utrum ipsum Nomentum Sabinis adscripsit necne.

4258 basis magna marmorea.

M · TVLLIO · M · F
CAM · BLAESO
urceus PONTIFICI · CVR patera
φ FAN · H · V · SALIO φ
5 TVLLIA · BERENICE
VXOR · ET · TVLLIA
BLAESILLA · FILIA
L · D · S · C
PATRONO · MVNICIPI

Descripsit Gatti ediditque in *not. d. scavi* 1887 p. 28.

Idem M. Tullius Blaesus nominatur in inscriptione lateris n. 3599, unde apparet vixisse eum circa tempora Hadriani.

4259 basis magna marmorea.

HVIVS · PATER · AD · AM
PHITHEATRI · DEDICA
TIONEM · HS · ψ ψ P · III
ET · OPERAS · N · CC

M · TVLLIO
M · F · CAM
urceus RVFO · FILIO patera
M · TVLLI · BLAESI
5 TVLLIA
BERONICE MATER
ET · TVLLIA
BLAESILLA · SOROR
L · D · S · C

Descripsit Gatti ediditque *Notizie degli scavi* 1887 p. 28, contulit Bormann.

3 fin. P littera cum puncto certa est; post hanc Bormanno visum est in lapide sic fere esse: L. Crediderim fuisse P · E, i. e. *pollicitus est*. Gattius edidit D D, non recte.

4260 fragmentum cippi.

INQVI
ANTONIN
iiii uir iu R · DIC · ADI
EDILIC

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 u.

4261

ATIVS
iiii uir iu R · ITERum

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 m.

4262 fragmentum basis marmoreae.

iu L · I · A · E
an T · V · L · I · ae
G · ALBVN · ea
m · V · S · O · N · I · us iu
5 i · S · ANTV · llus
I · L · I · V · S ·
L · D · S · C

Descripsit Gatti, recognovit Hirschfeld. *Notizie degli scavi* 1887 p. 153

3 v littera in litura reposita est, ante fuerat i. — Nomina supplevit Gatti ex n. 4254 lat., probabiliter.

4263

II · IVL
ADIC
SO

Notizie degli scavi 1887 p. 32 d.

4266/7

MAE · N
LEC

Notizie degli scavi 1887 p. 32 n.

4264/5

EG · L
LICIN

Notizie degli scavi 1887 p. 32 t.

XXXIII. AQVAE ALBVLAE (p. 435).

ad n. 3911. V. 40 fin. Buecheler retinet VIDET, explicans: *qua adversae* (Lymphae, Albunae) *aedem despicit ex arce Tiburis dominus* (Hercules) *et videt fronte villa* Hadriani.

XXXV. Monte Rotondo (p. 439).

ad n. 3940. Eleganter supplevit Buecheler, sic:

[Praeteriens, tendis] quocumque ex urbe, sepulcrum
[fletu: parva mor]ast, tu quoque flendus eris.
[hic iacet, ingressus qui v]ixdum limina vitae,
[dum superest mater, p]ertulit ante mori.
[immaturus abit pri]maevo flore sub umbras,
[non dilecta magis qu]o mihi vita fuit.

[patre bonisque puer cu]nctis, bonus indole, dignus
[in vita mirum] ni renobass[e]t abos.
[sed tibi praeripuit cas]us tot praemia laudum,
[et semper miserae iam m]ihi flendus eris.
[Ultima donavi tamen h]aec pia munera mater,
[aeterna et iunget me tibi], nate, quies.

INSTRUMENTVM DOMESTICVM. Tegulae (p. 458).

ad n. 4089,32. Dele; est inscriptio dolii n. 4093,12.

ad n. 4090,44. Tertium exemplum huius tegulae nuper prodiit *Monte due Torri* prope Genzano, sic editum a Tomassetio *notizie degli scavi* 1887 p. 154 ...DIDVA (reliquae quae una prodierunt tegulae videntur esse urbanae).

ad n. 4091,12. Fortasse significatur M. Iuventus Laterensis qui tribunatum plebis petere coepit anno 695 et ad praeturam pervenit anno 703; hunc enim quaestorem (anno circiter 692) ludos edidisse Praeneste testis est Cicero pro Planc. 26,63

ad n. 4091. Nuper prope Gallicano regione dicta *le colonelle*, sulla spianata del colle, prodierunt tegularum Praenestinarum n. 4091,58 NITENTI, n. 4091,60 A · ORBI, n. 4091,82 C · L · V singula, tegulae n. 4091,43 HERMETS duo exempla (in hac pro altero ramulo caduceum fuisse perhibetur). Repperit et edidit Vinc. Cicerchia *notizie degli scavi* 1887 p. 123. Praeterea ibi prodierunt tegulae Q · EGNAI ERENIS plane nova et Q · F · CA · VIII (sic excepit Dressel exemplum quod praeterea solum innotuerat, repertum in coemeterio Iudaico vineae Randanini ad viam Appiam, editum a Garruccio *cim. degli ant. ebrei* p. 59; Vinc. Cicerchia sic dedit: Q · F · GAVIII)

Dolia (p. 472).

ad n. 4093,12. Pleniorem excepit C. L. Viscontius (unde non recte dedi inter tegulas n. 4089,32) sic: M · FVRI | VINDICIS.